

tante pluvie — — tempestate perierunt: Jac. c. 181. V. supra p. 175. Isto imperatore presente in Erfordia — — hereditatem suam: Chr. Min. p. 194. Tempore Heinrici imperatoris Innocencius papa eligitur, qui ante Lotarius — — sublimavit ad ceptrum regni. Chr. Min. p. 194. 195, omissis quae ibi uncis inclusa sunt et paucis aliis. Otto, filius ducis Heinrici Babarie et Saxonie imperium adeptus est, quem excommunicavit papa Innocencius, qui excommunicatus — — Heu papa Innocencius defunctus est. Et ibidem sepultus est anno Domini 1217: Chr. Min. p. 196, exceptis uncis inclusis).

et^{a)} in Hartisbure laxatus obiit, et in Brunswich est sepultus. Circa c. 356. tempora istius cesaris papa Innocencius concilium Rome habuit; ibi omnes episcopi, abbates, prelati tam Almanie quam Gallie fuerunt congregati; tunc de linea consanguinitatis in contrahendo duo articuli sunt abstracti, qui^{b)} ante^{c)} 7 fuerunt, nunc autem 5; postea papa obiit^{d)}. Fridericus [de Fridericus rex^{e)}, filius^{f)} Hen(rici) cesaris^{g)}, imperavit c. 357. Stouf 30 an.] sine omni gwerra^{h)}. Tempore suoⁱ⁾ factum est passa- [Honorius III. 11 an.] ium per mare. Rex Ungarie se transtulit cum exercitu c. 358.

magno, et confuse et turpiter est reversus. Lupoldus dux Austrie transivit et ibi cum honore magno fuit et multi nobiles cum eo, qui in expeditione^{k)} magna venerunt Damiat^{l)} et civitatem eandem expugnaverunt, quia Deus omnes homines civitatis illius misit infirmari, ita quod repugnare non valuerunt; eandem civitatem christiani per biennium tenuerunt. Deinde iterum aliam expeditionem habuerunt contra suos inimicos, et per fluentia diluvii preoccupati^{m)} ab emulis suis sunt detenti. Tunc christiani soldano restituerunt civitatem pro restitutione omnium captivorum et quod eis ex terminis suis ducatum fidelem exhiberet²⁾. Soldanus vero sanctam crucem, quam Sallatinus³⁾ rex fidelibus abstraxerat, restituit, et in ordinacioneⁿ⁾ tali se fidelem prebuit christianis; in cibo et potu eos laute procuravit et usque Ackaron⁴⁾ fideliter perduxit. Rex Fridericus curiam in Franken- c. 359. vorte habuit et rogavit omnes principes, ut filium suum Heinricum in regem eligerent, qui omnes iuraverunt eum post obitum suum recepturum^{o)}. Marchio Albertus de Brandenbure obiit. Et abbas Gernodus de Nuwenbure⁵⁾ est excecatus. Et Anehalt perditum et reacquisitum. Rex Fridericus tunc Rome venit et commisit filium suum Heinricum suo c. 361. cancellario episcopo de Spire et episcopo de Wurcebur et Gerardo comiti^{p)} de Diest et aliis suis familiaribus. Tunc hii episcopi cito obierunt; tandem commissus est episcopo Coloniensi. Rex vero Fridericus in Honoriu. cesarem a papa Honorio est consecratus, et filius suus in Almania⁶⁾ in regem^{q)}. Cesar vero Fridericus Appuliam, Sicyliam, Calabriam et multas terras gentilium circumiacentes expugnavit et imperio subiugavit. Interim quod rex Appulie fuit, marchio Theodericus de c. 363. Mysna obiit, et Ysleibe a diluvio periit cum hominibus multis. Tempore Friderici cesaris venit prepotens gentilis⁷⁾ ab Asia, qui residebat

a) 'et in — papa obiit' des. B. b) 'que' A. c) 'antea', ut videtur, corr. 'ante' A. d) alia manus add. in marg. A: '1218. consequens inferatur'. e) deest B. f) 'Heinr. imperatoris fil.' B. g) B add.: 'de Stouf imperium adeptus est et'. h) B quaedam inserit ex Chr. Min. i) 'Friderici' B. k) 'expid.' A; 'q. cum exercitu valido v.' B. l) 'Damascus civ. quam exp.' B. m) 'preoccupati' A n) 't. concordia' B. o) sic A. B. p) comite A. B. q) 'electus est' add. B.

1) 'ane werren' Chr. Sax. 2) Haec ex verbis sequentibus supplevit. 3) Sic codices 11. 12. 4) Sic codex 10. 5) i. e. Nienburg. 6) 'hir to lande' codex 10, alii. 7) 'en here' (exercitus) Chr. Sax.